



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Poggii Florentini Oratoris || Clarissimi, Ac Sedis Apo.||
Secretarii Opervm ||**

Poggio Bracciolini, Gian Francesco

Argentinae, 1513

VD16 ZV 12623

Juliano Cardinali sancti Angeli legato per Germaniam

urn:nbn:de:hbz:466:1-14341

Seneca,

ut dicit Seneca. Qui malos odit/omnes odit. Omnis enim mali sumus. Sed hos malos designo/qui facinorosi & aperte sunt mali, cum his mihi nulla est communitio. Hunc autem Alexandrum ita bonum appello: ut nullum malum facinus/nullum scelus/nullam fraudem de eo audierim. Hec ob eam rem scribo/ut testimonio meo eum excuses/si qui de illo obloquerentur. Nam pridie mihi reuultu scriptum esse sibi: dicit a quibusdam in domo Epi eum hic manere: nescio cuius scemine causa. Hoc falsum est. Nam non ui huc satis recte & uitam suam. Non dico eum non esse amicum/dimona Catherina dicitur: sed caute & ita ut ego ceterique qui pudorem seruat/ & uitam turpitudinem. Vale.

Poggius florentinus reuerendissimo domino Iuliano Cardinali sancti Angeli legato per Germaniam S.D.P.

Doleo pater optime/hanc expeditionem Germanicam in tanto labore/ tanto studio constam/ tam ridiculum/ tam turpem exitum habuisse. Mirum est audire tanta uerordia eam gentem cōsectam fuisse: ut ne hoste quidem cōspecto/ tanquam lepores effugerit ad inanem aures commotionem. Sed in communi dolore hac cōsolatione hac futura non preuidisse solum/ sed presenti quoque tibi denūciasse. Cum tu me deridens dicebas: me non posse errare/ si quid mali euentum prederemur euismodi uates ut plurimum solerent esse ueridici. Ego uero non diuinatione utebar/ sed certissima quadam cōiectura: qua preteritis cōnectens presentia/ ca uisum/ & principia recordans/ ueluti oculis uidere uidebar nescio quam futuram pregrandem tempestatem. Ea autem quotidie accidunt/ ut magis in ea opinione cōsisterem. Video

De desolatione ecclesie ruina.

quandam ueluti presagia timoris mei. Solebant esse in populo Christiano tum Reges/ tum principes: quorum uiribus freta ecclesia se tacebat aduersus malignantes. Et licet multis factaret fluctibus: semper tamen aliquem portum nacta est: in quo acquiesceret ruita a turbibus uentorum. Nunc autem quem dabis ad quem confugiat: ut non tantum ad scopulum allidat. Communis quasi infamia omnes persuasit: ut gaudeant aduersariis nostris: & mala insuper impendant. Nos uero speremus bonam fortunam: aduersa si acciderit modice feramus. Ego ita me comparo: ut quicquid tempora tulerint/ in bonam partem accipiam. Neque ita me dabo rebus exteris/ ut in me multum possit fortuna. Nam ut nunc me quidē res sunt: est ut non timeam impetum eius: cuius est maxime ueluti fulgura solent eminentiora quere ac dissipare. Sed tamen quicquid ea moliantur: potissimum erit non multum commoueri animo: neque in communi calamitate/ praeter priuam portumculam commouebat. Sed oremus Deum ut auferat facultatem experiendi hinc nostram sapientiam. Nescio enim si quam scribendo ostentamus fortitudinem/ eam serendo representarem. Audio te conuocasse homines ad conciliū/ multosque conuenire. Laudo prudentiam tuam: qui postquam arma non successere/ confugis ad consilia facerdotum: in quibus propter uitae integritatem/ propterque huius extinguendae pestis cupiditatem magna spes habenda est. Vasa uinaria ad partum & somnum nata. Fuit aliquando bellifera germanica natio: nunc pro armis uino pugnant & crapula: tantumque habent uirum/ quantum uini possunt capere. Quod ubi deficit/ & animo deficiant necesse est. Itaque exitum potus inopia/ non hostium quos ne uidistis quidem formidinem ad tam periosam fugam eos compulisse. Tu uero putabas sobrietate pugnam esse. Sed si haec expeditio de nouo inuenta esset: existio te sententiam mutaturum: putaturumque maximam uini copiam plurimum in bello posse. Nam si prisci ferunt: Ennius poetam nunquam nisi potum ad arma dicenda accessisse: certe ad ferenda tractandaque arma/ multa potatione uini opus esse fateri oportet: cum multo maius existat bellum gerere/ quam describere. Et fortassis non nulla culpa apud te fuit: qui ceteros ex moribus tuis existimasti. Quod ne iterum in concilio tibi accidat prouide: & uerborum meorum fac memineris/ quibus tecum usus sum antequam abires. Inijce aliquam offulam fauibus: quam non facile deglutiant. Sed satis iocorum in rebus praesertim turbidis. Nos hic pace fruimur. Curia tenuis est & exilis. Hoc & bello accidit/ & morbo Pontificis nimis longo: & multo magis quam ex

germanos uinosos

Ennius.

pediat nobis. Sed in diem meliuscule se habet. Scripsi ad Angelotū Cardinalē sancti Marci epistolam quandā: quam te quoque volo legere. Eam ad te mitto, nam in ea sunt nonnulla quae ad plures pertineant: non propter eloquentiā quae arida est & sicca, sed ut auocem te paululū a conuocatione concilij. Vale, & me ama.

Poggius florentinus archiepiscopo Casarugustano S.D.P.

Cum primū te vidi Gebennis olim p̄stantissime pater: dum tibi Romanus pontifex esset: cognouit: excellentē in omni s̄rarum genere doctrinā tuam: dicatū me totum tibi non quod spe aliqua premij ut multi solent cōmotus: sed egregia animi virtute, quam in te esse intelligebā cum summa humanitate cōiunctam. Equidem dilexerā antea absentē tuam probitatē fama & v̄bis cognitam mihi. Postea vero cōp̄sentem cōspexi: & simul perspexi mores tuos / suauitatem sermonis / virtutē integritatē: & quod plurimū valuit ad beniuolentiā cōsiliandā: sensi te plurimū delectari eisdē a quibus ego non eram penitus alienus / tui dijs humanitatis. Ita unice amare te coepi: ut nihil fere ad meū in te amorem addi posse videret. Nam licet homo sim paulo indoctior: cōplector eos, tamē animo / in quibus aliquid speciem aut sapientiē / aut virtutis eluceat. Magna est nimis profecto honorū & sapientiū viro inopia: quos si quādo / quod tamen raro accidit / inter mortales apparēt / maxime venerari & colere debemus. Hoc egerrime tuli: quod non licuit mihi frui diutius exoptatissima cōsuetudine tua. Ita em̄ tempora tulerunt: ut cum primū pontifex Mantuanū venisset: ego subito me in Angliam cōferrem. Atque ita de repente: ut neque tui quod praeputie cupiebā / neque alterius amici cōueniendi fuerit ulla facultas. Longo vero intervallo post redij ad Curiam: & sepius de te percūctatus sum eos qui a vobis huc accedebant. cui cum bene esse audirem: summaque in te dignitate versari: gaudebā profecto tui causa: referens memoriā ad ea tempora quibus tecū familiariter loqui solitus eram. Subijt saepe animus ad te scribendi aliquid dignū tua pietate in me beniuolentiā: sed cupiditatē meam superauit pudor quidē rustici canis: verentē ne longa admodū tum locorū / tum vero temporū intercapedo ex animo tuo Poggij memoriā oēm excussisset. Solent tam magni viri facillime obliuisci inferiorū / quorū opera non utunt. At vero nunc mecum ipse considerans / quē pudorem superius appellauit / ignauiā videri posse si perpetuo silerem: statui postquam verbis quod mihi iocundissimū fuisset nequeo: at saltem litteris quod datur tecum locum. Quod ut maturius facerem / tum Angelus de firmo impulit: tum autē maxime libellus quidā a me contra avariciā editus cohortatus est. Quem ad te mitto: ut si quid offensionis apud te meum silentiū cōtraxit: is pro patrono intercedat penes eam humanitatē: teque mihi eundem restituat qui dudum esse cōsueueras: hoc est mei cupidissimū atque amantissimū. Nescio tamē an tibi videbitur vel dignus / qui legi mereat a viro omnium doctissimo occupatissimoque maioribus in rebus: v̄p̄ tantum intercessoris officio fungi posse videat. Vtrūque tamē sis iudicaturus: oro libellū legas cum tibi ocium superest: nec eum pluris facias quā mereat. Licet em̄ res sit haud magno extimanda: malui tamen ut incitiam seu stulticiam meam / potius quā desideriam crimineris. Vale. meque ut solebas ama velim. Rome.

Poggius florentinus D. Cancellario Senensi S.D.P.

Charissime pater: vellem alia ex causa initium mearū ad te s̄rarum profecto / aliamque ad te scribendi datam esse facultatem / quā calamitatē & miseriam hōis indigni hac tanta fortunē iniquitate: qui cum agrū meū coleret / mihique esset charissimus: nup̄ direpta / incensa / euerisa patria / a millis rebus omnibus / cum uxore afflictā / miseris liberis / in prātem hostiū venit: & Senis cum a dulcētulo filio in duris s̄mis vinculis detinet. Alter quinque annos natus / nescitur aliq̄ ne clade assumptus / an virtus sit. Quid ad hanc flebilem conditionē addi acerbitatis potest: Vtinā hac mala in auctores redirent. Sed miseri atque inopes rustici aliorū poenas luunt. Im̄